



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 32. S. Bertrandus Convenensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

dicatorum, ubi electio Clero ac populo so-  
lenniter promulgabatur. Sæcul.XIV.  
A.C.1308.

Hæc continet decretum electionis. *Trithem.*  
Sed aliunde liquet rem potissimum pro- *Chr. Hirs.*  
movisse Archiepiscopos Moguntinum Co- *an. 1308.*  
mitis amicum, ac Trevirensis ejus fra- *Jo. Villani*  
trem. Scriptor coævus addit, Regem *l.8. c. 101.*  
Philippum Pulchrum voluisse operam  
dare, ut cooptaretur frater suus Caro-  
lus Valesius, ac Imperium rediret ad Gal-  
los, quorum fuisset Caroli Magni tempo-  
re; Regem cupisse sibi Papam adjuto-  
rem in hoc conatu; sed hunc de propo-  
sito ejus edoctum Electoribus clam in-  
stitisse, ut ipsum prævenirent; & hoc  
eos fecisse metu cadendi sub ditionem  
Gallorum. Henricus inter Imperatores  
hoc nomine Septimus coronatus est A-  
quisgrani per manus Archiepiscopi Colo-  
niensis die festo Epiphaniæ 6 Jan. 1309.

§. XXXII.

*S. Bertrandus Convenensis.*

Hoc ad festum usque Papa Clemens  
Tolosæ manserat. Deinde Conve-  
nas, ubi Episcopum egerat, delatus cor-  
pus S. Bertrandi antecessoris sui, cujus  
gerebat nomen, transtulit. Sanctus hic *Baluz. to. I.*  
Præsul vivebat ducentos abhinc annos, *p. 69.*  
ortus ex Comitibus Insulæ Jordani. *Catel. Lang.*  
Sub annum 1076 factus Episcopus Con- *p. 906.*  
venarum

Sæcul. XIV. venarum non desit esse Canonicus &  
 A.C. 1309. Archidiaconus Tolosanus. Lugdunum  
 Convenarum initio & Romanorum ac  
 Gall. Chro. Pompeji Magni tempore in monte con-  
 10.2. p.648. ditum sub Rege Gontrano anno 585 de-  
 Vales. not. structum fuerat. Post quingentos an-  
 Gall. p. 157. nos Bertrandus Episcopus urbem in  
 158. ruderibus antiquæ reædificavit sed mul-  
 to minorem: quæ Fanum S. Bertran-  
 di etiamnum dicitur. Extruxit inibi  
 coenobium pro Canonicis Regularibus  
 S. Augustini: & cum Ecclesiam suam  
 annis quinquaginta circiter sancte rexis-  
 set, ad Deum excessit sub annum 1126  
 decima sexta Octobris.

Rayn. 1309.  
 n. 2.

Hujus itaque Sancti corpus Papa Cle-  
 mens pretiosam in capsam transtulit  
 die S. Marcelli Papæ 16 Jan. 1309. As-  
 sistebant illi hanc ad ceremoniam quatuor  
 Cardinales, duo Archiepiscopi Rotho-  
 magensis & Aufcitanus, Tolosæ, Albigæ,  
 Magalonæ, Aturi, Tarbæ, ac Convena-  
 rum Episcopi sex, & Abbates quinque.

§. XXXIII.

*Papæ Litteræ contra Venetos.*

Ineunte vere Papa venit Avenionem;  
 ubi a fine Martii versabatur: habita-  
 bat in ædibus Fratrum Prædicatorum,  
 pro se sedulo præparatis; & ibi usque  
 ad Viennense concilium hærebat, nimi-  
 rum

Bal. to. I.  
 p. 15.

q. 31.